Hs. fehlt

1174 evasit, nisi qui vel fugam maturavit vel in palacium imperatoris transfugit. Mortui sunt in illo discrimine de Boemis fere 250 multique vulnerati, qui eis sequenti die sunt redditi. Qua iniuria permoti diversi diversa suadebant, alii domum redire, alii ulturum se ire; ast alii, quibus erat sanior mens, neutrum approbantes persuaserunt tandem cepto itinere sequi cesarem atque ab eo postulare vindictam, quod et factum est. Nam transalpinantes via nimis difficili invenerunt imperatorem expugnantem Astam et aliam civitatem, cuius nomen Boemice Sussine,[1] cum quo simul euntes Alexandriam obsidione cinxerunt, civitatem sicut dicunt munitissimam non murorum ambitu, sed positione loci et vallo[2] incredibiliter magno, in quo vicinum derivaverunt fluvium,[3] viri quoque virtutis in ea plurimi fortiter ex adverso resistentes, quos imperator non tam cito quam voluit expugnavit, sed multo labore magnaque suorum caede interiectis etiam aliquot annis.[4] Erat autem tunc temporis fames in terra, et Boemis nusquam vel copia predandi vel res ad predandum quin potius cum

1) Susa

2) Sehr breiter Graben

3) Tanaro

4) Wirklich gar nicht; die Belagerung wurde Mitte April 1175 aufgehoben. Prutz II, 236-242.